Quelle: http://manuscripta.at/?ID=9168
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Ioseph dicit quod x tribus migrauerunt de iuda post annos DCCC ab exitu populi de egypto. Dimissione uero regni facta per roboam fluxerunt CC. xl. anni menses. viii. et dies. vii. Illi autem de israel ab altis fugerunt in regnum iuda. et multa abscondentur sed in abditis latuerunt in gentibus deuastantibus. qui post egressum regis assyrioy radicauerunt ad propria. et habitauerunt cum samaritanis. Dimanauit autem regnum x tribuum. CC. xl. annis mensibus. viii. diebus. vii. Primo ieroboam filio nabath. qui idola trare fecit israel. usque ad ultimum regem osee. cuius. ix. anno regni captiuate est. x. tribus a salmanasar rege assyrioy. iiii. M. xxv. et hyst. iiii. M. xv. cal.

Osee filius hela. xii. anno achaz regis iuda in samaria sumpsit regnare et. ix. annis regnauit et fecit malum coram domino. sed non tamen sicut predecessores eius. sic tamen deuastabat ciuitatem hyscrahelitis ut ter in anno irent in israhel ad sacrificandum deo. Omnes hunc assendit salmanasar rex assyrioy. et factus est ei osee tributarius. Qui osee misit munera sua regi egypti. et nitebatur rebellare regi assyrioy. Quod ut prendisset rex assyrioy obsedit eum. et cepit. et uinctum duxit in carcere. et obsessa tribus annis samaria. ix. osee anno. et. vii. ezechie samaria cepit. et hy tribus que remanserat a phul rege assyrioy secum in assyria tradiuit et posuit.